mus illis, magnis cum sumptibus Principis at vi;
tipendio Mtis Regiae Regniqz & iactura rei famili;
aris nrae nos hic commorari, ob eam solum punctum
ut regimen officiaqz vacantia in praesencia nostra
constituantur, aut saltem nominentur. Quare nol;
le nos constitucionem huius rei diutius quam ad
futurum diem solis expectare, sed intermissis om;
nibus negocijs hinc discedere, hancqz rem omnem &
quid in ea constituenda impedimento fuerit Mti Re;
giae per literas significare, Speran Mtem Regiam re
gnumqz quibus haec prouincia magno parta constat,
et quam nunc (ut ipsi sciunt) grauiter turbatam
in priscam tranquillitatem vindicare conantur,

hanc rem non neglecturos sed curaturos ut aliquan
do ~~ut~~ hæc terra ab istis turbis respirare possit,
id quod nos seditiosis illis hominibus è uiuis iam
pridem sublatis, patem et concordiam iam tandem
hinc restitutam esse arbitrabamur, sed adhuc re ipa
illud esse minimè videmus. De Iuramento Marcbio
nibus præstito, audiuisse nos nuper sententiam illo
rum et quod illud iustè fieri legibusq3 sufficien
ter defendi posse dicebant, de quibus nos ad præ
sens nichil disputare cum ijs, Verum id Mti Regiæ
cuius est, et condere, et interpretarj, relinquere, atq3
id quod à Mtē Regia iussi sumus nos facere, velle
significauimus, postulantes vicissim ab ijs, ut illi
quoq3 se declarent, An illi vnà cum statibus vo
luntati Mtis Regiæ hac in parte satisfacturi sint
nec ne, Ad quod ipsi nobis hoc responsi dederunt,
non per se stare, quod tam serò negocia hæc, ad
finem perueniant, nosq3 hic tamdiu detineantur,
sed per status, qui uarias res, et eas quæ sunt,
contra superioritatem Regaliaq3 Principis excogi
tan negocia hæc tamdiu protrahunt. Quantum
ad regimen constituen attinet, omnes illic constitu
tos esse præter solum Burgrabium, quem si Princeps
illum vcz quem Mtas Regia restituere iussit, ut
Christophorum Creitz C præter quem nullus ad hoc
officium aptior digniorq3 propter experientiam re
rum inueniri potest D recipere iterum noluerit, erunt
omnes, sin minus, poterit in locum illius, de uolun
tate tamen Principis Casparus Lendorff coaptarj,
Licet illi neq3 de moderno ammouendo, neq3 de Chri
stoforo Creitz restituen cum Principe agere volunt,
sed ut nos iuxta promissionem priorem id faciamus,
orabant. Ad integrum numerum Consiliariorum so
rensium vnus deesse, in cuius locum N. Kunseim
sufficere volunt, Cum quo de hoc hodie egerunt,

atqz ut hoc officii recipiat, illi persuaserunt, sed ille conditionaliter id acceptauit vcz̄e in quantum sic illi morari non opus esset, Nam dom suæ manere et ad consilia C cum tantum tribus milliaribus hmc absit D scripto aduocari malit, Suspectæ perfidiæ ut Nostiz et alii, a consiliis iam remoti sunt, Si: militer quoqz cum Nicolao Witzmansdorff, ut Ærarii curam in se recipiat, h esterna die actum esse; qui etsi hoc officium detrectet, spezare tamen se, cum illud ad minimum ad spatium vnius anni atte: ptaturum, intra quod illi aliquem adolescentem, adiungere, qui ab illo vsum Ærarii addiscat, vo: lunt. Cum Suerino Mgro curiæ Principis Iunioris, h ei tractatum esse, qui licet à Principe educationem primum deinde et eruditionem multas Academias in Germania, Gallia, et Italia sumptibus Illr̄is suæ, visitaū tum et bona terrestria quæ ad viginti quor̄ millia marcarum æstimantur, C præter hoc si quid illi Princeps in paratis ipsemet, dedit D acceperit, Nichilominus tamen nunc decedere nullo pacto vult, nisi habitis ab Illr̄mo Principe pro damnis decem mil: libus florenorum, ratione quorum obligatus ad seruiendum esse non vult sed ut ad decursum

96 Eymius anni (liberi) sit, etsi postea illi seruire pla: cuerit, ut in arbitrio illius sit. postulat, Quam illius postulationem Domini Consiliarii ut iniquam non probant, neqz Principi ut illam acceptet consu: lere volunt. Quod autem alius in locum dicti Mgri Curiæ sufficiatur, id sibi minime necessa: rium videz, sed ut Principi Iuniori in locum illius, aliquis adolescens peritus, ut Ioannes Vitramowsky loco Cubicularii detur, cui Ioannes de Tetter ad iungi poterit, Quantum vero ad institutionem

Principis, Velle se alios q3 Consiliarios primarios
quotidie, seorsim tamen Principem visitare, cum eo3
interdum cibum capere, quandoq3 etiam eum ad
iuditia, præsertim tunc cum decreta fieri debent,
ut sic experientiam rerum edisca, vocare. Ad
Aduocatiam Sambien nullum aptiorem et quo ma;
gis in negociis quibuscumq3 uti posßent, quam Ca;
sparum Lendorff sciunt, quiq3 si Illmus Princeps
Burggrabium u eterem acceptare noluerit o Burggrabii
locum digne obtinere posset. RVSKOWSKI ut cum
Nicolao Slazuem, qui contra priuilegia in officio
est, commutationem in Capitaneatus faciat, id fie;
ri posse, tum ut ad Capitaneatus vacantes, ut Jn;
sterrborg, Angerborg, et Oleczko, quo ex infrascriptis
sex vcze Kobrzii, Lpingen, Heidek, Lilemborg, Obri;
Stofero Rauter, Friderico de Hausen, accipiantur
relaturos, se tum et alia supradicta ad Principem
dicebant, Jn dictis autem capitaneatibus soluto
conuentu soc se reuisionem facturos, et si qui Ca;
pitanei suspecti ibi inuenirentur, eos se loco motu;
ros, et ex prædictis sex alios in locum eorum
suffecturos esse promittebant. Quod uero a no;
bis adhuc Rempub; sint quorundam culpa in
priore perturbatione esße dictum est, id dominos
Consiliarios aliquo modo perculit. Suspicantur
enim id in se dici, cum tamen illi neq3 perturba;
cionem illam priorem adhuc esse, C etiamsi illa
in toto quasi inflammatum iam incendium restin;
cta non sit, neq3 etiam tam citto restingui possit J
neq3 si quæ est, illius se autores, arbitrentur.
Quod si uero aliquis de soc apud nos eos accu;
sasset, ut illum eis inditemus, Velle se de omni;
bus insimulatis sufficienter contra illum coram
nobis se purgare, neq3 committere ut sint suspi;

cionem apud Mtem Regiam iuste incurrant,
Ad reuocacionem iuramenti Marchionibus Brandem:
burgen praestiti ne subditos Principis adigamus
nomine suo Principisq3 suj orabant, dicen. illud non
Marchionibus sed Principi suo, C licet in eo iura-
mento, a paucis adhuc antea miuratis, facto Mar-
chionum praedictorum in casu successionis in feu:
dum mentio facta esset, O praestitum esse, maxime
cum hoc contra iura non sit, quae non modo per ora-
tores domini feudj, sed et per annulum, uel hastam
vasallum inuestituram accipere permittunt; qua:
rum haec indirecta, altera uero directa inuestitura
dicitur. Et cum dicti Marchiones non prius ad
possessionem feudj quem Mti Regiae praestiterint Omagium
peruenire possunt. Quare ut hac re. non plus Princi:
pem subditosq3 illius quos ille hac in parte apud
Mtem Regiam eximere promisit, perturbemus, neq3
Marchiones quos ex omnibus Germaniae Principibus
sibi amicissimos habet. C id quod O hesternae ab
eo literae missae quibus quam paratus in hoc conuen:
tu Imperii, ad defendendo contra quoscuis has tras,
si opus fuisset, fuerit, quamq3 libenter et Mti
Regiae et Principi suo in omnibus seruiat, testantur O
in se inciitemus, sed illi hoc apud Mtem Regiam que:
rere permittamus, quam maxime orabant. hoc ad:
dentes sperare se Illrtem suam hoc apud Mtem
Regiam impetraturam. Nam Mtas Regia literis suis
quas amo superiore ad Principem Vilna ad re;
sponsionem Illrtis suae, de iuramento hoc, qua ra;
tione id factum esset, dedit, acquiescere se huic
iuramento, modo se Illritas sua, his rebus non
plus intricet, testata est, Id quod se literis praedi;
ctis probare eadq3.

easqz nobis offerre uelle promittebant, Quodsi uero
sis peticionibus suis Mtás R. locum dare noluerit, sed
nichilominus ut iuramentum illud retractetur, postu:
latura est, tum demum se id facturos, et discrimen
quodcunqz propterea se subituros offerebant, Ad ea
nos illis respondimus. Contentos nos esse, de nomi:
natis ab sis Cunbemo et duobus Vitzmansdorffiis
ad officia, sed ut nichilominus Primceps Junior Agrum
Curiæ Casparum Lendorff propter linguam Polonicam
cum scitu tamen et voluntate Primcipis seniozis sabe:
at postulauimus, De quo si opus erit, nos ipsi cum
Primcipe loqui, tum et de Burgrabio parati sumus,
DE Turbatione illa in Repub: non ita nos loqui ut Do:
Consiliarios Autores illius esse innuamus, neqz vide:
re nos eam tantam ut antea esse, sed quod animad:
uertamus Status à Ciuitatibus Ciuitates à Consi:
liarijs, et è conuerso discrepare, Hoc nos prædictis
verbis innuere velle significauimus. De Juramen:
to ad postulationem illorum nolle nos ad præsens re:
spondere, nisi visis prius memoratis ab iis paulò ante
Mtis Regiæ Izis, quas ut nobis legen præberent, postu:
lauimus Magistrum Curiæ Suezimum qua za:
cione contentare uelint, deliberent, cum Primcipe, no:
bisqz id referant, Postremo cum nobis procerto rela:
tum esset, morari iam à quatuor septimanis in Ci:
uitate Regiomontana N. Fuge fratrem Amabiæ Sca:
richii, nullam fortassis ob aliam causam nisi ut tra:
ctatus suius conuentus exploret, illosqz dicto Sca:
richio referat, postulauimus à dictis Consiliarijs
ut illum ad se vocatum, dehmeant, et ab illo de
Scalitzio ubi sit, et quid rerum moliatur, cognoscant,
Ad hæc illi, non esse se discordes, cum Statibus uel
Ciuitatibus, nisi in eo quod alteri horum interdum

ab iis iniqua, et quæ contra prærogatiuam Regaliæ
Principis essent, postularent. Quæ cum facere nollent
M § hinc discordiam illam orizi dixerunt, ut nunc cum Ciui
tatibus de appellacione quam illi in certis causis iuxta
plebiscitum suum ad Principem admittere nolunt,
Contentacionem Mgri Curiæ illis esse difficilem, cum
multa magnaq; postulet, liberq; aut ad audiendum
sequendum, nichilominus hicq; manendum, aut ab;
eundum esse uelit, Vt autem Lendorff, uel quiuis
alius in locum dicti Mgri Curiæ surrogetur. id sibi
minimè necessarium videri, sed ut Lendorff Aduo:
catus sambien sit, id sibi placere dicebant,
Dimissis iis vocatisq; ad nos statibus, indicauimus:
illis, quid cum Consiliariis ante prandium, egeri:
mus constituerimusq;. Qui moram quam Consili:
arii iis imputarunt, in illos retorquen, eos huius
cunctationis autores esse dicebant, Cuius rei inter
alia, et hoc indicium est, eos cunctationi studere,
quod Recessum quem infra priorem conuentum et
festum lasche exequi debebant, hucusq; distule:
rint, atq; etiamnum illum differre conentur.
Ad Officia Capitaneatusq; ut non tantum homines
idonei, sed et qui tempore belli Equis aliquot suis
prouintiæ, Regnoq; seruire possint, acceptentur;
tum ut non tantum prænominati tres Capitaneatus
sed et Tilsa. Locstett, Ortelsborg, aliis Capitaneis
tum et Aduocatia Samlandeñ, prouideantur, ora:
bant. Contentacionem Mgri Curiæ illam Prin:
cipis arbitrio permittunt. Similiter cum Cunheim
in numerum Consiliariorum forensium adscito sunt.
contenti. Et quia Ciuitates cum responso suo pa:
ratæ non erant, rogabant, negocium suum ad cra:
stinam diem differri, atq; ita status a nobis abierunt.

Eodem.

SECVNDA IVLII Eodem die Doctor Jonas ad postulacionem nram Burgrabio Easolt ut conditionem nuper a Consiliarijs Principis sibi oblatam auctiorem tamen nempe tria Millia florenorum ex gratia et ducentos florenos, pensionis nomine vna cum certis victualibus acce; peteret, sibiqz veniam decedendi ipsemet a Principe m: petraret. Principi vero ut eum cum bona gracia ul: troqz a se dimitteret, Doctor Jonas dictus, persuasit postridie domino Cancellario et dicto Doctore Jona accito, postulauimus ab illis, ut in nominan, iuxta assensum nuperrimum eorum, ad officia vacantia alijs personis, Principis mentem, primo quoqz tempore explorent, eamqz quam citissime, præsentibus sit adhuc nobis exequantur, quod illi se facturos polliciti sunt.

TERCIA IVLII Die Jouis quæ erat tercia Julii, Status grauamina ciuitatum, "maiorum" adhuc contra priuilegia sua extancia, quorum infra die quinta huius Mensis fiet mentio, nobis reddiderunt, utqz ea alterentur, Recessuqz nouo comprehendantur, rogarunt, simul et a nobis efflagitantes, quo Consiliarios Principis, ne in nomi: nan ad prædicta officia vacantia alijs officialibus diutius moram trahant, admoneremus, A quibus nos prædictis grauaminibus per modum Recessus iam scriptis acceptis, reddituros, nos ea Consilia; rijs, ac ut personæ aliæ, ad vacantia officia quoqz nominentur curaturos esse diximus. De Contri; butione siue subsidio pecuniario, Egisse nos nuper iussu Mtis Regiæ, cum Principe Consiliarijsqz illius? qui etsi utriqz benigne ad postulationem nostram nobis responderint, spemqz non malam hac in parte nobis fecerint, Locuturos tamen se esse de hoc cum Statibus promiserunt. Quod quia pro certo

factum esse sciamus, admoneze tamen insuper nos
illos, ut in hoc Mti. R. propter commune periculum quod
huic Ducatui a Sueco et Moscho æquè ut ditionibus
Mtis Regiæ imminet, tum et paternum fezè Mtis Regiæ
erga hanc promincian, cuius salutem tam anxie que-
rit, affectum se accomodent, Quod Mtas. R. illis gra-
cia sua referre semper studebit. Adhæc illi, Indica-
tum iam hoc esse sibi a Consiliariis Principis, mihi:
hominus cum nunc iteretur, referre se illud ad alios
Collegas suos, atqz de hoc deliberare velle. Quod
vbi fiet, tum demum se cum responso ad nos redi-
turos esse dicebant, orabantqz insuper, ut in de-
cum ad finem etiam suis quibusdam negociis, ut
Cassatione et aliis articulis non cunctaremur. Ad
quorum ultimum punctum, facturos nos id, vocatis
ad hoc Consiliariis Principis qz libentissimè, cittissi-
mèqz, modo illi se etiam ad hunc punctum contri-
butionis, seposita omni mora resoluant, promissimus.

A Leandio huius diei Doctorem Ionam ad nos vocari
mus: quæsiuimusqz ab eo, an secundum postula-
cionem nram. Buzgabii veteris restituen, uel si illud
fieri non posset alicuius alterius ex arbitrio Principis
nominan, aliquam apud Principem fecisset mentionem.
Qui fecisse se hoc, sed mi adhuc certi hac in parte ab
Illritate sua responsi loco accepisse, mihi quod Princeps
electis sibi aliquot tuor ex statibus. C de quibus ad duo-
decem personas Schedae cuidam inscriptas habebat D vcz
Buzgabio vetezi Caspazo Lendorf, Ioame de Slibem
Nicolao Rauske deliberaturum se quem eorum elige-
ret hodie, crastmaqz die ad illud se responsurum of-
ferebat. Contentacionem Hospitalis pauperum alia
prouisione pro Area diui Petzi ad Ecclam Cimpouien
iterum recipienda, ut Illmo Principi, qui id nuper Ma-
gnifico domino Palatino aliqua ex parte iam promise-
rit.

persuadeat, à prædicto Doctore sona flagitauimus, Si: mul et Soc ab eo postulan, ut nobis accessum audientiamq; apud Principem crastina die procuret, Quod ille facturum se quam libentissime promittens, tandem à nobis abiit,

QVARTA IVLII Die Veneris quæ erat quarta Julii delecti ex statibus ad nos venerunt, Indicantes Cancellarium qui ex consilia; ris primaris ad præsens solus esset Cum alii colleæ illius a tractatibus se absentarent, à negocijs quoq; sis abstinere uelle, rogantesq; ut propterea Burgrabia; tus aliaq; officia vacantia quamprimum prouideantur Propterea ut pro Hospitali contentando, uel quocumq; modo prouidendo ad Illum Principem interrogamus Vltimo esse quædam, quæ nobis Wolfangus Creitz, Andreas Pakomor Campiductores. tum N. Camatzer & Fridericus de Hausen Equitum Mgri indicare velint, Quibus ut certam horam conuenienti nos præ; figamus orabant, His nos, ituros nos hodie ad Illum Principem, et de regimine constituen, cum Illritate sua tum et de hospitali prouidendo acturos. Ad negoci; um uero prædictarum quatuor personarum, audien; dum, horam secundam pomeridianam nos statuere, indiximus, Quæ cum audita esset, ijq; coram nobis com; paruissent, Wolffcreicz in hanc fere sententiam ad nos uer; ba fecit, Se vna cum Andrea Pakomor superiore conuen; tu à nobis Principeq; ad Iustrandos mille Equites Vobse; rianos Commissarios designatos Tilsamq; ablegatos fuisse, Quam prouinciam etsi inuiti obierint, nichilomi; nus tamen cum id facere cogerentur, nichil fidei dili; gentiæq; suæ in hoc se prætermisisse, et cum prædictum Vobserum, duplices literas destimationis als Bestellunk. contra morem militarem habere vidissent, Admoniisse se Equites, ut Iustratione facta positisq; signis de; cedant, Quod duo Equitum Præfecti N. Camatzer & Fridericus de Hausen, viden. Ductoris sui ma; tam fidem extemplo fecerunt, & ab aliis hoc nequaq; facere volentibus, secessérunt. Quam suam hat in

re fidem et studium, quam ex commissione nra Sim:
cipisq3 fecerunt, Paulum Vobserum aliter nunc inter:
pretarj, eosq3 proditores suos, bonorisq3 suj, in bis
quas ad Illmum Principem nuper dedit litteris, ap:
pellare dicti duo campiductores dixerunt, Quod
nobis tanquam Commissarijs Regijs insinuan, nos roga:
bant, ut cum contrarium sciamus, huic illius inique
falsæq3 insimulationi fidem non adbibeamus, quin
potius Paulum Vobserum pro eo, quem eos insimula:
uit, tantisper reputemus, quo ad ille illos tales suf:
ficienter esse, probauerit, Rogarunt etiam nos,
ut de iis iniuriosis verbis, quæ, extra culpam suam,
dictus Paulus Vobser in se spargere non veretur,
Illmum Ducem Pomeraniæ certiorem faciamus, roge:
musq3 ut Illma Cels: eius Paulo Vobsero iniungat,
quo is eiusmodj maledictis in posterum abstineat,
sed si aliquid contra se habet, apud Illmum Prin:
cipem suum, iure se conuenjat, promitten se coram
Illma Cels: suæ quam libentissimè responsuros, at
quod ius dictauerit passuros esse, Ad eundem
ferè modum et prædicti duo Magistri Equitum pro
ris uerba faciente Alberto Trucksessio, locuti sunt,
Quibus nos ita respondimus, Meminisse nos eorum
quæ superiore conuentu, supràmemorati Campidu:
ctores, iussu nro, Illmiq3 Principis sui egerint, tum
quomodo supradicti duo Magri Equitum, ad posteri:
orem Mtis Regiæ, Principisq3 suj, nec non et sta:
tuum huius prouinciæ a Paulo Vobsero, cum illum
mala fide, cum Illmo Principe suo agere, viderent,
secessionem fecerint, Qua in re cum se, ut bonines
spectatæ virtutis gessissent, cogeri nos illis apud
omnes contra insimulationem Pauli Vobserj hoc
testimonium dare diximus, rogaruimusq3 eos ne hac
dicti Vobserj hominis alioqui leuissimi, et bonoris

sui obliti, profugiqz falsa criminatione ita afficiantur,
Velle autem nos hac de re ad Illm̃um Pomeraniæ Du-
cem scribere, ac ut hisce in rebus silentium vobisce
imponatur, cum Illma Cels: eius agere, His auditis
gratiisqz nobis actis supradictis quatuor homines
militares à nobis abierunt, Quia autem hesterna
die accessum ad Illm̃um Principem postulaueramus,
venit non multo post vnà cum alijs duobus Camera-
rijs pro accersendis nobis, Do: Achatius à Don, hos
nos comitati ad Illm̃em eius iuimus ac rem hmc or-
dinem nos quod Illm̃em eius tam raro conueniamus,
negocijs quibus hucusqz in tractandis, ee ad finem
cum Do: consiliarijs Illm̃is suæ deducen rebus occu-
pati eramus, excusauimus, postulan, insuper ut se
de regimine personisqz ad hoc nominan, maxime vero
de Burgrabio veterj, iuxta voluntatem Alti Regiæ
C id quod Alti Regiæ propter horum Illm̃is suæ con-
sultissimum videtur D restituere velit, nec ne resol-
uat, tum ut alia vacancia officia primo quoqz tem-
pore aliis officialibus prouideat. De Iuramento "denuo"
sando, et per subditos Illm̃is suæ reuocando, Osi di-
strictum Alti Regiæ Ordinumqz Regni haberemus
mandatum, tamen cum Illm̃as eius à nobis tam
anxie ne id fiat, prius quàm ad Altem Regiam, de
hoc adhuc mittat, efflagitet, facere nos ad præsens
in gratiam eius, modo id primo quoqz tempore apud
Altem Regiam quæsat velle diximus. De alio
Curiæ Mgro ordinando, C cum modernus decedere
debeat, ut se Illma celsit: eius quoqz declaret,
aliumqz, si illi Casparus Lendorff, qui à statibus
nobisqz ad hoc designatus est, non placuerit nominet
rogauimus. De Hospitali, iuxta promissum Mgro
domino palatino ab Illm̃e eius factum contentando
ut Illma celsit: eius in hoc se liberalem erga pauper-

res.

9

Ecclesiamqꝫ Cmissionem præstare dignetur, rogauimus.
Adhæc nomine Illrmi Principis à Cancellario nobis est
responsum, Contentam esse Illritatem eius excusatione,
ne nrâ, libenterqꝫ audire negotia sere omnia adopta:
tum finem deducta esse, iussisseqꝫ ut ea scriptis quam:
primum mandarentur. Quantum uero ad officia va:
cantia attinet, velle se ea post acceptam a prioribus
Officialibus rationem dignis viris prouidere. Bux:
grabium veterem se itterum de consilio Mtis Regiæ
cui semper quam libentissimè paruit, recipere uelle,
Iuramenti cassationem, reuocationemqꝫ quòd in gra:
ciam illius nunc diferamus, magnas nobis pro eo
se agere gratias, Qua in re ut Mtem Regiam ordi:
nesqꝫ Regni C cum id non nisi in bonum Regni huiusqꝫ
prouinciæ fecerit, exoret, summo studio curaturum
se, proculdubioqꝫ id consecuturum. Quodsi uero
Mtas Regia in hac, ut nunc est, perstare voluerit sen:
tencia, tum demum se hoc, sine ulteriore tergiuersa:
cione, consensurum esse dicebat. Mgrum Curiæ
quem filio suo dare uelit, nondum apud se statuit,
Dabit autem cum quamprimum adhuc ante nostrum
hinc discessum. De Hospitali Ecclesiaqꝫ contentan:
da iam ante se suam indicasse sententiam, Nihilomi
nus tamen cum nos pro hospitali intercedamus, Velle
se, ut nobis gratificetur, illud aliquo beneficio
postmodum prouidere. His auditis gratiisqꝫ Illti eius
actis abiuimus.

QVINTA IVLII Die Saturni, quæ erat quinta Iulii, missus est ad nos
ab Illrmo Principe Seniore, Do. Achacius à Don Came:
rarius Illtris suæ, rogans, quandoquidem Domini
Leissii et Crokau, bona Burkiersdorff & Dolstete
mala fide, et per expractikationem illorum deco:
latorum, qui ad hoc Principem has res non perper:
rerent intelligentemqꝫ suis falsis persuasionibus,

adduxerunt, obtinuissent, nos hanc donationem ut
sibi perniciosam, Autoritate Regia primo quoq; tempo:
re cassemus, annihilemusq; : ac ut Illustritas sua
bona prædicta quamprimum iterum habeat, curemus,
Ad quod nos illi ita respondimus, Non posse hoc nos
ad præsens facere, cum videamus Loissios Crokarumq;
confirmationes Regias super hoc habere, quæ licet
nihil dent, sed data, & modo illa fide bona impe:
trata sint, confirment. Tamen de eis cognoscere, non
nostrum, sed Altis Regiæ est. Velle autem nos nihilo:
minus, huius rei omnes circumstantias, tum et ra:
cionem eorum de pecuniis Illti eius in mutuum datis
cognoscere et Alti Regiæ quamprimum significare, mi:
nime dubitantes Altem Regiam Principis in hoc clemen:
tem rationem habituram. Quod si autem Illmus Prin:
ceps & cum ea bona deceptus, et ad malam informatio:
nem hominum illorum decollatorum contulerit, illa
vigore cassationis generalis in præterito conventu,
à nobis facta, recipere voluerit, id in arbitrio Illtis
suæ esto. A prandio eius diei vocatis ad
nos delectis ordinum, significauimus illis, quid ad
articulos heri Illmo Principi à nobis propositos re
sponsi loco acceperimus. Insuper quod ad artitu:
lum cassationis specialis donationum attinet,
illis indicauimus, Non posse nos illum cum sit res
ardua, multosq; (ut videmus sed tamen minime spe:
rabemus) contingat, ad præsens exequi, et hoc
ingerentes instructioni Altis Regiæ, qua, ut reuisis
donationibus illis eas ad Altem Regiam referamus,
disponit, Verum illam in aliud tempus, & ita ta:
men ut prior cassatio generalis in suo robore maneat,)
differimus. Quantum autem ad grauamina Ciui:
tatum Regiomontanarum, quæ nobis nuper in scri
ptis obtulerunt, hanc nos habere à consiliariis re:

solutionem

eius nos quoq3 sententiæ esse diximus. Primo. quod
ad sententias diffinitiuas in causis hospitum in iu:
dicio ciuili faciendas attinet, contenti sunt domini
Consiliarii, ut hoc secundum veterem morem obser:
tur., modo vnicuiq3 per eos indilata iustitia admi:
nistretur, Secundo de salvo conductu ciui cuidam
Focss dato, nescire se à quo illum nactus sit. Vel:
le se autem, quamprimum is redierit, de eo inuesti:
gare, et si aliqua fraus in eo apparuerit, eum pu:
nire dicebant. Viduæ Oxorsæ cognominatę sal
uus conductus in arce datus non est, sed illa for:
tassis metu pœnæ ciuilis adducta in arcem confugit,
quæ ut hinc extradatur indignum esse, iudicant,
Nichilominus tamen si quid deliquit, punietur in arce,
Appellacio in certis causis à Senatu ad Illrmum Prin̄cipem,
quia est regale, ut fiat iustum nos iudicare. Pisca:
tura in fluuio Prengell usq3 ad siluam Peus captato
commodo tempore, adsibitis ad hoc semibus hominibus
reuidebitur, et quod iustum erit in eo statuetur.
Area pro qua contentacionem Ciuitas Lebnick postulat
similiter reuidebitur, et quod æquum erit, hac in parte
quoq3 fiet, De ambulacione quæ ex Castro in Eccliam
Antiquæ Ciuitatis facta est, iam prioze conuentu no
stram hac in parte illis diximus, sententiam liberum
illud vōz̄t Illrmo Prin̄cipi esse, similiter et de porta
sub Castro, nos quippe eam cum sit contra ~~priuilegia~~
Regalia Prin̄cipis, Illri suæ adimere non posse, ma:
ximè cum eam per contractum Illrmum Prin̄cipem
nactum esse animaduertamus. Trás commen:
datitias in negotio grauaminis illorum ex parte na:
uigationis in fundo dabit Illrmus Princeps ad re:
gem Damiæ, Allutarii Bialoskorm̄zi cum æquè
ac Marsupiarii necessarii sint, tollerari debent.

Tum et pannifices in iurisdictione Castren mozan, qui si malum pannum confitere tentauerint merito punizj de-
15 bent. Scotti et artifices, quicumqz fraternitates cum ijs qui in Ciuitatibus mozantur, non saben, quia ad constitucionem trestrem pertinent, eò reijciantur. Pzutem Litwani, Lolomi, ut ad pensiones scholasticas quoqz admittantur, æquum est. Illzmus Princeps ut peregrinis merces suas non uendat, iniquum et contra Regalia eius est. De Grauaminibus paruarum Ciui-
tatum statim post solutum conuentum reuisione tamen prius facta cognoscetur, et quod iustum erit, statu-
etur. Adhæc illi, quo ad punctum appellationis à Senatu, esse hoc contra plebiscita sua, quæ Illzmus Princeps confirmauit, submittebant, Quibus cum id se probaturos offerent, iussimus ut dicta plebisci-
ta illudqz ius suum nobis demonstrent. Hoc illi con-
scien, facturosqz id crastina die promitten à nobis abierunt. Ante abitum autem eorum omnibus ordi-
nibus indicauimus, velle nos crastina die racionem Re-
issiorum et Crokau ad manus sumere, et qualis ea sit cognoscere. Quare ut illi è medio suj ad id aliquot etiam deputent, simulqz hoc ut de subsidio pecuniario celeram nobis dent responsionem ab ijs postulauimus.

SEXTA IVLII Die Solis quæ erat Sexta Julii a prandio pro audien-
da racione Leissiorum et Crokau cum Consiliarijs Principis et Doctore Jona C, qui iam ante una cum do-
mino Truchsess Curiæ Magro rationes prædictas iussu Principis à dictis Leissijs et Crokau. acceptarat et delectis sex ex statibus conuenimus. Vbi, cum rationes prædictas admodum incertas, intricatasqz et quas nemo tunc explicare posset, inuenissemus; necessario eas in aliud commodius tempus, et locum ad quod præfati Leissij una cum his, qui pe-

cuniam ab illis ex parte Principis acceperunt, quoqz
vocarentur de consensu consiliariorum & statuum
distulimus. Ibi ut aliquot ex Consiliariis Principis
tum et quidam ex statibus adsint, opere pretium esse
existimauimus, Quod autem tempus locusqz ad
id deputandus sit, nos à statibus quesiuimus
Verum illi consultationem de hoc ad suos reÿcien
crastina die nobis se ad hoc responsuros obtulerunt
tandemqz à nobis abierunt.

SEPTIMA [VIII] Insequenti die, misimus ad Consiliarios prædictos
sciscitatum an Illzmus Princeps, quem Mgzum Curiæ
filio suo dare uelit. tum et de Alexandro Ruskow:
skÿ in Capitaneatum Tapien transferendo se decla:
raßet, Hi a prandio uenientes ad nos, ad id hoc
responsi a Principe nobis attulerunt. Cum Illzmus
Princeps ipse propter ætatem Mgzo Curiæ non ampli:
us indigeat, deliberasse Cels: eius curam reduca:
tionemqz filii Domino Truchsessio in posterum deman:
dare, præter quem neminem alium filio suo adiun:
ctum esse uult, Quodsi uero interdum ille per
occupationes Principem sumiorem adire non valeat:
rit, iniungere Illzti eius aliis collegis illius velle:
quo illi singulis diebus illum accedant, cibumqz
cum illo capiant, moresqz illius inspiciant, informentqz
Præter hos et ipse Princeps senior, ut cui id plu:
mum incumbat, Mgz Curiæ filio suo esse uult.
Vt autem is qui illius assiduam continuamqz cu:
ram gerant, aliquos habeat, constituisse Illzti
eius, illi, loco Mgzi Curiæ C sed sine titulo, quem
Do Truchsess solus habere debet D sive potius loco
Supremi Camerarii. Joannem Vitzramowskÿ assignare,
cui et alium adolescentem, quem adhuc non nomi:
narit.

uit loco collegæ adiungere uult, Quibus duobus, ut
Princeps Junior debitam obedientiam præstet, miungere
se illi iis præsentibus uelle. Quod misi factuzus est,
uelle se in eum ut in filium, alia zatione animaduerte;
ze. Hoc ad æducationem filii suj, cum adhuc præce;
ptorem, qui illum studiis litterarum, pietatecq3 Chri
stiana, imbuit, habeat, ad præsens satis esse, Illtas
sua existimat. Præterea cum iam Princeps Junior
quatuordecem annorum sit, velle Illmum Principem
ut quottidiè per aliquot horas iudiciis, præsertim
vero in faciendis decretis interesse curare. Alexandrum
Ruskowskj quem loco Supremi Præfecti Armamentarii
Illtas sua iam ante acceptauit, ut sibi propter Armamen
taria vćzt Regiomontana Fischausen, Tapien, et Memmelen,
propinquum habeat, iampridem secum Illmus Princeps sta;
tuit, Pro quo nullus sibi commodior locus, ut Fischausen
maximè cum illic situs loci suspectus minusq3 munitus
sit, videtur, si modo a Joame de Sliben ut is illinc in
Tapia decedat, obtinere possit; id quod iam cum illo age
re domino Trucksess Curiæ Mgro ab Illustritate eius
est iunctum, quod si uero Joannes de Sliben ad id ad;
duci non potezit, tum in Sackem eum se constituere uelle,
in animum induxit. Hoc hodierno mane in consilio ab
ipso Principe propositum tractatumq3 esse dicti Consili;
arii asseuerabant. Ad ea nos illis respondimus: Decere
quidem Illmum Principem seniorem ut patrem filio suo
Mgrum Curiæ suæ esse, verum id Illtem eius secum
perpendere, multominus huic rei satisfacere posse, nobis
veriſimile non videri, præsertim cum eorum uerborum
quæ Dominus Cancellarius superiore conuentu, in præsentia
Principis ad nos protulit, nempè Illtatem suam, etiam
si vna res illi vigesies iteretur, illam tamen memoria re;
14 & timere non posse nondum obliti simus. Quod autem Do:
Trucksessium; loco Supremi Mgri Curiæ, et Joamem Vi:

tszamowski loco m. Submagistri Curiæ, uel potius Summi Camerarii, Princeps Senior sumiori habere uelit. id nos persuasione illorum fieri videre. Nam hanc conditionem nobis iam ante oblatam diximus. Cum autem hæc res status quoq; attingat, velle nos hoc illis significare, & habita illorum sententia, mentem nostram hac in parte Dominis consiliarijs iterum aperire. In aliis officijs quoq; vacan, mirari etiam nos eorum instabilitatem, maximè cum illi quosdam motu proprio, ut Caspar. Lendorf ad Aduocatiam Sacken, Alexandrum Ruskowski ad Capitaneatum Tapien, Nicolaum uero Sparuein ad Soldarien. Quod nos postmodum statibus retulimus, ei ita & non aliter futurum credidimus. Nuper nominatim, verum eos nunc quasdam nouas commutationes contra proximam conclusionem moliri uidemus. Quod quo animo ab his fit, at, non sumus tam stupidi, quin consideremus. Cum autem hucusq; gratificari Principi, ætatiq; illius indulgen, tam leniter in his rebus processerimus, videamusq; eos hac indulgentia, lenitateq; nostra abuti, necessario aliam viam, statuen has res, nos ingredi oportere existimamus. Quare abituros nos hinc, et Mti Regiæ hunc eorum processum, indicaturos esse diximus. minime diffidentes Mtem Regiam, alio modo et ratione Principi Principatuiq; consulturam. Et contrà illi dicebant, Illustrem Principem non adeo ætate grauatum esse, ut memoriam omnem vigoremq; animi planè amiserit, cum is interdum maximè, cum neminem externum quem velit, apud se habet, de rebus propositis satis bene disserat, quædamq; non præmonitus, ex suo ipsius ingenio, excogitet, inueniatq; : ut nunc de Alexandro Ruskowski in his vicinis capitaneatibus propter curam Armamentariorum constituendo. Quantum

ab illis.

autem ad Mgrum Curiæ et Camerarios prædictos, Du:
ci Junioi assignan, attinet, inficias se non ire, indica:
tum a se Principi Saxonj esse, quid nuper hac de re
a nobis, et illis ultro citroqz dictum est. Quo tunc
audito Principem præmissa tamen deliberatione, post:
modum secum statuisse, ut alium præter Do: Trukses
Mgrm Curiæ filio suo non daret, Quam re ut ipsi
cum Illmo Principe agamus, nos adhortati sunt, simul
eflagitantes a nobis, ne tam sinistram his in rebus, su:
spitionem de se concipiamus. Postea dominus Truck:
sess consurgens. Videre se, se suspitioni apud nos,
quasi is officium hoc Mgri Curiæ apud Principem Ju:
niorem ambiat, obnoxium esse dicebat, testans Deum se
illud nequaquam desiderare, præsertim cum illud sci:
at, esse difficile munus maxime in Juuene prioris Ma:
jestri Curiæ informationibus asueto. Adhæc nos illis
diximus, Nolle nos hac de re cum Principe tam omni
viuacitate ingenii orbato loqui, neqz diutius hic pro:
ptezea commorarj, quin potius nos hinc abire, et rem
hanc omnem Mti Regiæ referre uelle indicauimus.
Excusationem illorum qua a se culpam omnem in
Illmum Principem remouent, accipere nos, Sed tamen
nichilominus scire ex eorum arbitrio, et voluntate
omnia agi. Similiter de Do: Trucksessio, quòd is
officium Mgri Curiæ Principis Junioris ambiat, nullam
nos concipere suj opinionem diximus: maxime cum sciamus
illum officio suo moderno satis moderatum esse. Quod
autem anxie ut Magister Curiæ alius Principi Junioi
detur, postulemus, id nos ad sollicitacionem statuum,
quorum interest, quomodo Princeps educetur, qui vere
illum talem in florenti ætate, qualis nunc in teneza in:
stituetur, habituri sunt, tum ad mandatum Mtis Re:
giæ, cui quoqz cum propter cognationem, tum et supe:

ziozitatem æducatio Principis curæ est, facere signi;
ficauimus, His auditis, Consiliarii prædicti, indi
caturos se hæc Illmo Principi et responsum nobis ad
id quamprimum allaturos dixerunt. Tandemqz à no:
bis abiezunt. Post quorum discessum Status itezum
ad nos uenientes, deliberationem se hodie de hester
na ratione Leissiorum et Crokau inter se habuisse
dicebant, quam cum maximè intricatam, maximisqz
summis constantem viderant, simulqz experiantur
huius mutuaciomis pecuniæ, oppignoraciomisqz ca;
strorum, nullum finem à quibusdam Consiliariis
fieri, propterea responsuros se ad ea nobis scripto.
similiter et Ciuitatis Regiomontanæ, ad relatos nuper
sibi articulos, facturos se dicebant. Hoc addeñ
promissum esse in priore conuentu à Consiliariis
grauamina tam Ciuitatum minorum, quoqz tollere
Quod tamen minimè factum est. Postea Nobilitas
ut constitucio terrestris huius Ducatus, quæ uulgo
Landgordnung dicitur, ad finem deducatur, impri
maturqz, impensè efflagitauit, et ut eam Ciuitates
reuideant, et si in aliquo puncto inter eos aliqua
oriatur controuersia, ut eam autoritate nra dirima:
mus, rogauit. Cum uero nos eos prius, quæ de alio
Magro Curiæ Principi Iuniori adiungendo, et an id fieri
debeat, nec ne, eorum sit sententia, quæreremus. Ipsi
perstare se adhuc in priore sententia, ut Iuniori Prin:
cipi alius Magister Curiæ detur, omnes uno ore affir:
mabant. Quid autem id sibi uelit, quod Consiliarii
tam sollicitè in Camerarium Supremum, Ioannem
Vitzramowski expetant, et alium collegam eius si:
lentio [prae]terire, intelligere se, qua in re si sententia
illorum adhuc in posterum opus habuerimus, commu

micare se eam nobis quam libentißme uelle dicebant.

Octava Julii Altero die prædicti Consiliarii Principis nobis indicarunt; magno cum animi dolore et lacrimis intellexißse, Principem ex se, ea quæ à nobis dicta sunt festiua die, Qua in re id sibi tristissimum accidere dixit, quod ut debeat, et velit Magister Curiæ filio suo, esse non possit, tum quod illi hoc pacto Regalia, Superioritasq illius adimantur. Verum cum se admoneretur. Non posse Illtem eius huic rei, per ætatem imbecillitatemq corporis. C etiam si quàm maximè velit. O satisfacere, nec adeo etiam illos ipsos, qui plerunq grauibus negotiis occupati, semper Principis, Juniotis curam gerere non possent. Quare ut aliquem cer: tum qui assiduus, in informando, instituendoq Prin: cipe Juniore sit, deligat, illumq ei assignet, hortati illum sunt, Ad quod Casparum Lendorff quam commodissimum esse dicebant, Quibus eorum per: suasionibus is adductus, quandoquidem id Con: siliariis suis Statibusq ita videretur. ut Caspa: rus Lendorff Principi Juniori in Mgrum Curiæ detur, et ut Alexander Ruskowsky, Aduocatiam Sacken habeat, consentire se dicebat, promittens et alia offi: cia vacancia iuxta priuilegium dignis hominibus se prouisurum.

Sub Vesperam eius diei Illrmus Princeps Senior, ad Magcum dom Palatinum misit rogatum, ut crastina

NONA Julii die ad Illtem suam veniat, Quæ cum aduenisset, et hora nona matutina iam immineret, accersitus per Do. Acbatium à Don, et a principe postmodum inter: rogatus est, quid rerum nunc inter nos, et status agatur. Cui Magcia eius respondit, Omne bonum com: modumq Illtis suæ agi; maximamq partem nego:

triorum

iam absolutam esse, de consilio Consiliariorum
assensuq3 procul dubio eius. Nunc vero de subsidio
pecuniario „Mbr. R.“ hanc expeditionem praestan tractarj:
Quae omnia Illtatem suam ex Consiliariis cognouisse.
dubium non est, Sed cum de hoc instanter, an non
omnia eiusmodi Consiliarii ad eum referre soleant,
a Domino Palatino quaereretur ille; judicare sibi
eos quiddam respondit. Deinde dictus Magnus Do:
Palatinus Illti suae quoq3 retulit, Constitutum iam
filio Illtis suae Mgrum Curiae, Caspar um Lendorff.
et ad Advocatiam Sacken Alexandrum Ruskowskj
designatum esse, His auditis ille, deliberaturum
se adhuc de iis dicebat, Sed cum Do: Palatinus,
locum iam non esse eius deliberationi, cum omnia
hac in parte conclusa cum Consiliariis Statibusq3;
Ille vero eripi sibi Regalia hoc pacto affirmaret,
Tandem persuasionibus Domini Palatini, quibus ni:
chil quod esset contra Regalia illius, a se tenta:
ri dicebat, adductus, consensit: ac ut se filiumq3
suum, virginemq3 Annam Talau quam misi haberet
omnium hoim miserrimus esset O nobis quam commen;
datissimos habeamus, subinde nos patres suos voci:
tans, cum lachrimis orabat. Deinde Alberti Truck:
sessii mentionem faciens, malum cum hoiem esse
et qui illi in multis adversus fuit, dicebat, Ve;
rum do: Palatinus è contra eum esse, fidissimum
subditorum Illtis suae, et qui illi filioq3 eius quàmopti;
me velit, quiq3 Illti suae in hac contributione apud
Status impetranda plurimum inservire possit. Quem
ut propterea Illtas sua ad se vocarj iubeat, eumq3
benigno alloquio ac in posterum gratia sua dignetur,
postulauit. Verum Illmus Princeps deliberaturum se
de hoc dicebat, atq3 ita Magnum Do: Paltm a se di
misit.

DECIMA IVLII

Eodem die, à consiliarijs, copia Recessus, tribus Ci:
uitatibus dan, nobis allata est, quam nos dictis Ci:
uitatibus zedden, altera die resolutionem ad eam
scripto quoqz ab isdem accepimus. In quo si quidem
quædam superuacanea, quædam etiam contra Rega:
lia Principis erant, ea nos autoritate nostra ampu:
tauimus; in quo dictæ Ciuitates acquieuerunt.
et ut illis talis Recessus daretur, tum ut et gra:
uamina minorum Ciuitatum aliquando, dato illis
scripto, complanentur, obmixè orarunt.

VNDECIMA IVLII

Postridie vocatis ad nos Consiliarijs, illis postula:
cionem Ciuitatum indicauimus, rogan, ut et cum
scriptione Recessus Ciuilis maturent, et ad grava:
mina Ciuitatum minorum ea vcz̄t quæ remissioni
non subiacent, adhuc hic præsentibus nobis, scripto
respondeant, Insuper curiæ Mgrum Iuniori Principi,
tum et Aduocatum Sacken, constituant, prouideantq;
illos; nec non et Hospitale Pauperum pro Area diuj
Petrj ad extremum Ciuitatem Lebnick pro area illi
accepta contentent, Et quia omnes in hac caritate
rerum om, vilitate census Colonorum, maximè quæ:
runtur; videri nobis ut dictus Census, sicut
post tempora Cruciferorum in Insula auctus est,
ita quoqz hic augeatur. Adhæc illi gravamina Ci:
uitatum minorum, ut cum multa et quædam inqua
petant, non posse se Recessu tam celeri terminare;
facturos se autem id, quoad potuerit cittissime re:
sponderunt. Cum Casparo Lendorff Mgro curiæ
egerunt, cui id quod prior habuit, libenter dare
volunt, excepta summa pecuniæ, quam hic ex
gratia quoqz sibi dari postulat, quod iniquum esse
maximè cum is ad annos discretionis Principis Iu:
nioris tantum (quod in tribus vel quor annis ad
summum futurum est) seruire necesse habeat, di
xerunt.

Non dubitant autem illum pensione & victualibus
quæ prior habebat contentum futurum. Cum Ale-
xandro Ruskowsky ex parte Aduocatiæ Satken litiam
16 egerunt, qui de omnibus iam bene contentus est:
modo de habitatione adhuc inter eos agitur. Nam
ille in Satken morari, ipsi uero eum sic Regiomonti
esse volunt, Qua in re pro arbitrio Illmi Principis
fiat. Hospitale secundum promissionem Principis
contentabitur, similiter et Ciuitati Lebemick super
contentationem pro Area dabuntur literæ.
Auctio census, his temporibus, propter frequentes
contributiones fieri, non potest. Nam etsi in distri-
ctu Rastemburgen multi pagi Germaniti, qui eam
opeimè ferre possent, sunt, Nichilominus tamen sunt
et multi, in aliis districtibus, tam Lithuaniti, qz
Polonici, qui ferendæ huic auctioni suffitere non
possent, Quare ut hæc res nunc silentio obtegatur
et in aliud tempus commodius differatur, orabant.
A prandio eius diei Status ad nos venientes, in-
dicarunt nobis, quædam puncta in Recessu Ciui
tatum à Consiliariis illis oblato, Ciuitatibus
non placere, Quare ut ea emendentur, rogabant.
Hoc nos ad petitionem eorum facturos esse pro-
misimus, atqz puncta hæc Domino Cancellario, ut
ea, si possit corrigat, transmissimus. Interea aut
Status, ut se ad contributionem Principi tampri-
dem promissam, tum et ad postulationem Regiam
de subsidio in hoc bellum Moschouiticum præstan
primo quoqz tempore declarent, nosqz hac re diu-
turnus non detineant, admonuimus. Quod illi fa-
cturos se crastina die nobis promiserunt, simulqz
DVODECIMA Iulii a nobis abierunt. Insequenti die, ad petitionem
Nobilitatis Ciuitates ad nos accitas, admonuimus,
ut ex parte Ordinationis terrestris als Landordnung

dicta, tum ut ea typis excudatur, cum nobilitate consentiant. uel quid in illa contra priuilegia, libertates et plebiscita illorum sit, nobis in præsentia indicent, Ad ea illi; multa esse in ea quæ priuilegiis eorum aduersentur, quæ illi nunc per angustiam temporis recensere nobis non possunt, dicebant Verum ut sibi ad hoc laxum aliquod tempus, ut ad proximè futurum conuentum detur, orabant, Nam ante hunc non posse se ad eam consentire maximè cum Ciuitates minores à suis nullam ad hoc habeant plenipotentiam. Hoc eorum responsum nos nobilitati postmodum indicauimus.

QVINDECIMA Julii

Die Martis quæ erat quindecima Julii, a consiliariis resposum ad ultimum punctum instructionis nræ vérè de Contributione Mtis Regiæ in subsidium bellicum laudan, postulauimus, qui resoluisse se vnà cum statibus ad hoc, scriptoq id C quod Illmo Principi prius legendum ho: die adhuc præbituri sunt, O compræhendisse dicebant, promittentes illud nos, simul ac a Principe perlectum fuerit, pro finali responso hac in re, q3primum quoq3 habitu: ros. Cum autem nuper quidam Nobiles ex Aduocatia Sacken a nobis efflagitassent, ut illis talis Aduocatus qui Schaki et non Regiomonti habitaret, quiq3 eos ipe et non scriba illius regeret, daretur: admonuimus, dictos consiliarios, ut et iuxta consensum priorem Alexandrum Ruskowskj, eo ordinarent, et ut is ibi habitet, procurarent, Similiter et ut Joannes Vitbza: mowskj ad Illmum Principem futurum pro Camerario, tum et Caspar⁹ Lendorff. pro Magistro Curiæ ordinaret, Adhæc illi: Locuturos se de hoc cum Prin: cipe Senioze dixerunt, Quia uero cum supra contri: butionis Mtis R. danda, mentio fieret, præditti Consiliarii nos certiores reddiderunt: Nobilitatem ne: quaq3 illam consensuram, nisi prius cum Ciuitatibus de ordinatione tresti uulgo Landzordnung dicta,

transigissent, illamq; typis excusam habuerint,
Cum autem id Ciuitates summopere, impugnent,
verendum est, ne prædicta contributio ad præsens
non modo impediatur, sed ne aliquid mali, inter
nobilitatem et Ciuitates inde emergat, Ciuitates
autem minùs hac in parte, quod eam ordinationem
ita mordicus impediant, agere, præsertim cum in il:
lam ante octo ferè annos, tunc cum Princeps ipse,
Omnesq; ordines reuisioni illius vacarent, atq; ut
illa in lucem prodiret, consentirent, in omnibus ferè
articulis, & paucis admodum exceptis & assensi
sint, dicebant, Quare cum Nobilitas æqua postu:
let, Ciuitates uero hac in parte, suum tantummodo
emolumentum quærant, pecierunt, a nobis, ut Ciui:
tatibus ne hanc impressionem ordinationis, quæ sine
præiudicio, priuilegiorum, libertatum, plebiscito:
rumq; illorum futura est, & id quod in fine prædi:
cti libri conclusione quadam quam nobis tunc legen
præbuerunt, cauturos se promittebant & impediant,
quin potius eam consentiant, ac si quid contra eam
ad reproducti habeant id in futuro conuentu fact:
ant persuaderemus, promittere si illam contra pri:
uilegia Ciuitatum esse animaduerterint, se illam
pro conditione temporis esse, uel cassaturos, uel im:
mutaturos, Hoc nos audientes et ne hinc aliquæ
dissensiones, aut quiddam grauius iis, inter præ:
dictos Status suboriatur, præcauere volen, voca:
tis ad nos Ciuitatibus, displicere nobis, eam illorum
de ordinatione tertij, controuersiam: ex qua cum
aliquid mali succrescere posset; nos propterea, ut
concordiam inter status faciamus, huc aduenerimus.
Videri nobis, ut Ciuitates nobilitati, quæ satis iu:
sta, sibiq; maximè necessaria, Ciuitatibus, minimè
necessaria damnosa, postulat, hac in parte cædant,
præsertim cum in fine libri hæc appendix annectetur,

Sanc editionem priuilegiis, libertatibus, plebiscitisq3
eorum derogare non debere, Vbi si aliquid plus adoj
velint, indicant, curaturos nos ut hoc quoq3 adiun-
gatur, diximus. Verum cum Ciuitates se impressio-
